UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jnstitutio moralis philosophie metrica

Horatius Flaccus, Quintus

Dauentrie, 1504

Argumentum epistole. xix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70184

Visual Library

Epiſtolarum.

Sedit qui timuit: ne non ſuccederet: eſto
Quid qui peruenit; fecit ne viriliter: atqui
Hic eſt: aut nuſq̄ quod querimus hic onus horret
Ut paruis animis ⁊ paruo corpore maius
Hic ſubit: ⁊ perfert aut virtus nomen inane eſt
Aut decus ⁊ precium recte petit experiens vir
Coram rege ſuo de paupertate tacentes
Plus poſcente ferent: diſtat ſumas ne pudenter
An rapias. atqui rerum caput hoc erat hic fons
Indotata mihi ſoror eſt: paupercula mater
Et fundus nec vendibilis: nec paſcere firmus
Qui dicit clamat: victum date. ſuccinit alter
Et mihi diuiduo findetur munere quadra
Sed tacitus paſci ſi poſſet coruus haberet
Plus dapis ⁊ rixe multo minus inuidieq̄
Brunduſium comes aut Surrētum ductus amenum
Qui queritur ſalebras ⁊ acerbum frigus ⁊ imbres
Et ciſtam ⁊ fractam ⁊ ſubducta viatica plorat
Nota refert meretricis acumina: ſepe catellam
Sepe Periſcelidem raptam ſibi flentis: vti mox
Nulla fides damnis veriſq̄ doloribus adſit
Nec ſemel irriſus triuijs attollere curat
Fracto crure planum: licet illi plura maneret
Lachrima. per ſanctum iuratus dicat oſirim
Credite. non ludo. crudeles tollite claudum
Quere peregrinum vicinia rauca reclamat

Argumentum epiſtole. xix.

Eſt in vita humana q̄dā iuſticie p̄ticula quā integritatē vocamus que ⁊ amicos nobis vehemēter ɔciliat ⁊ ɔciliatos cōſeruat. Huic autem inſunt fides veriloquiū. ⁊ ſimp licitas.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN